P K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0003

PROFESSORES ACADEMIÆ IENENSIS, STVDIOSIS SALVTEM.

HODIE ducetur funus Vinariæ, Illuſtriſſimæ, & omni laude digniſſimæ Principi ac Dominæ, Coniugi inclyti Principis Electoris Iohannis Friderici Ducis Saxoniæ. Quæ quoniam ornamentum fuit illuſtre atque præclarum non modo laudatiſſimæ domus Saxoniæ, Sed etiam ueræ eccleſiæ Chriſti, ſtatuere omnes boni debent, ad ſe pertinere conſiderationem immaturi obitus, incidentis in hæc tempora, quę cum fato quodam calamitatum miſerè conflictantur. Notum enim eſt experientiæ teſtimonio, quotieſcunq; in perturbatione rerum publicarum, è medio tolluntur homines illuſtres, pietate ac uirtute preſtantes, ſequi paulo poſt inſignes rerum conuerſiones. Decet itaq; nos tum eius memoriam grata mente perſequi atq; celebrare, tum, preces ad DEVM concipere atq; fundere, ne eius obitu aliquid detrimenti Reſpub. capiat. Ac illud quidem eius pietas atq; uirtus requirit à nobis, hoc uero poſtulat quædam communis neceſſitas. Erat enim, ut omnibus pijs conteſtatiſſimum eſt, theſauro puræ doctrinæ de filio DEI adeo præclare donata atq; inſtructa, ut ſpecimen fidei ſuæ & ueræ inuocationis, multis præclaris teſtimonijs ediderit, quæ procul dubio à poſteris celebrabuntur, & locos inſignes ſacroſanctæ ſcripturæ ita tenebat, ut quemcunq; uerſum in Pſalmis nominando inchoares, illa memoriter recenſere integrum poſſet, ſignificato & numero & loco.

Inſtituerat domeſticam Eccleſiam, quam diſciplina ita gubernauit, ut ſingulis diebus aut legere aliquid aut canere cum familia ſoleret, quod ad gloriam DEI, & piam inſtitutionem animorum pertineret. Erat re & uerbo pudoris amantiſſima, ut nec petulantiam in moribus ullam, nec ſermones laſciuiores ferre poſſet, quæ duo utinam in multis aulis, hoc ſeculo minus pro delicijs haberentur. Qua tolerantia & caſtitate uicerit deſiderium abſentis in captiuitate coniugis, admiratione rari exempli non tantum his uicinis regionibus, Sed etiam exteris nationibus innotuit, à quibus laus eius illuſtri fama celebratur. Meminerunt multi, eam ſanctè adfirmare, ſi daretur ſaltem facultas uidendi maritum liberatum & in patriam reuerſum, ſe, ita DEO uolente, æquiſſimo animo è uita emigraturam eſſe. Superbiam odio proſequebatur, adeo, ut cum honoris cauſa ſplendidiore ueſtitu utendum eſſet, propemodum indignabunda ſtudium ancillarum & exquiſitiorem ornatum admitteret. Erogabat in pauperes quotannis maximam partem cenſus ſui, ſuaq; autoritate & interceſſione efficiebat, ut in omnibus ciuitatibus, egeni ſubleuationem conſequerentur. Ad DEVM orabat ardentiſſimè pro auertendis à patria ærumnis & calamitatibus, nec dubium pijs eſſe debet, multa atrocia pericula, toti ciuitati huius prouinciæ impendentia, diuinitus tranſlata atq; amota eſſe, eius precibus interceden-

terceden-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0004

tercedentibus, parcente DEO morboſo & ulceroſo corpori miſeræ multitudinis, ob integritatem ſani capitis.

Tale decus cum nobis ereptum ſit, iure dolemus, & ut nos exuſcitemus ad ueram pietatem, illius exemplum intueri & grata memoria celebrare debemus. Petamus autem à DEO unanimi conſenſu, ut ſuæ Eccleſiæ conſtantiſſimum Heroem, ducem Iohannem Fridericum Electorem, in his perturbationibus publicis, diu incolumem & ualentem conſeruet, ut habeat cœtus piorum, exemplum conſolationis, quod in ærumnis intueatur. Bene ualete. 23. Feb: Anno ſalutis. 1554.

EPITAPHIVM.

NAta loco excelſo, præſtanti nupta marito,
Edita Iuliacæ ſtirpe Sibylla domus,
Non generis tumui, non claræ nomine famæ,
Clara mea uerè ſed pietate fui.
Sincerè didici, uiui de munere Chriſti
Et docui ſobolem dogmata ſancta meam.
Caſta meum colui ſincera mente maritum,
Nomen ab ingenuo grande pudore tuli,
Cum meus ob Chriſti coniunx abductus amorem,
Hinc procul à patrijs exul abeſſet agris,
Pro patria auxilium patriæq; parente petebam
A ſolo pendens ſpeq; fideq; Deo.
Hoc mecum & ſoboles generoſa, & cætera turba,
Miliciam mentis teſtificata meæ.
Hoc ſtudio uici diuturni tædia luſtri,
Dum mihi placato redditur ille Deo.
O uiuat patriæ, ueſtriſq; Eccleſia nidis
Ille diu, ille animis ſuggerit arma pijs.
Vſuram placidis conceſſi moribus æui
Ornaui, ingenuæ ſimplicitatis amans.
Non mihi lingua ſalax, non ulla calumnia cordi.
Omnis erat faſtus res odioſa mihi.
Vt mihi mens recti diues, ſic prompta uoluntas
Pauperibuſq; fuit ſemper aperta manus.
Sæpe meis precibus Deus exoratus, ab ira
Impendens, alio iuſſit abire malum.
Nunc quoniam rerum res eſt ita uiſa parenti,
Extremum clauſi morte ſoluta diem.
Implantata Deo ſaluantis munere Verbi,
Corde uirens Chriſto planta fouente fui.
Nunc demum in morem palmæ florebo ſuperbæ,
Preſſa nece, in uitam quando ſuperſtes eo,
Hoc decus eſt fidei, qua te mens Chriſte fatetur,
Sic mihi mors lucrum eſt, tu mihi Chriſte ſalus.

Ioan. Stigelius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0005

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0006

Lex nihil facit et nisi abolita in Chr. fol. 29.

De notitijs 224

Er ist nit etwas guter im mensch nach dem fal. 225.

De iustificatione. Das ewige leben erlangen wir nicht, umb unser werck willen, sondern aus lauter gnade, umb Christi willen, durch den glauben. Item fol. 253

Evangelium sapientia 224.

Summa Christianae doctrinae. 242

Abgotterey im Babstumb. 252

Unde assiduitas, sobrietas et vigilantia in orando, et unde distincta tempora orandi et canendi in templis 104. l.

69103

AB: 69103

ULB Halle 3
004 099 699

f
56

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-52565/fragment/page=0008

PROFESSORES ACADEMIÆ IENENSIS, STVDIOSIS SALVTEM.

HODIE ducetur funus Vinariæ, Illuſtriſſimæ, & omni laude dignisſimæ Principi ac Dominæ, Coniugi inclyti Principis Electoris Iohannis Friderici Ducis Saxoniæ. Quæ quoniam ornamentum fuit illuſtre atque præclarum non modo laudatiſſimæ domus Saxoniæ, Sed etiam ueræ eccleſiæ Chriſti, ſtatuere omnes boni debent, ad ſe pertinere conſiderationem immaturi obitus, incidentis in hæc tempora, quę cum fato quodam calamitatum miſerè conflictantur. Notum enim eſt experientiæ teſtimonio, quotieſcunq; in perturbatione rerum publicarum, è medio tolluntur homines illuſtres, pietate ac uirtute preſtantes, ſequi paulo poſt inſignes rerum conuerſiones. Decet itaq; nos tum eius memoriam grata mente perſequi atq; celebrare, tum, preces ad DEVM concipere atq; fundere, ne eius obitu aliquid detrimenti Reſpub. capiat. Ac illud quidem eius pietas atq; uirtus requirit à nobis, hoc uero poſtulat quædam communis neceſſitas. Erat enim, ut omnibus pijs conteſtatiſſimum eſt, theſauro puræ doctrinæ de filio DEI adeo præclare donata atq; inſtructa, ut ſpecimen fidei ſuæ & ueræ inuocationis, multis præclaris teſtimonijs ediderit, quæ procul dubio à poſteris celebrabuntur, & locos inſignes ſacroſanctæ ſcripturæ ita tenebat, ut quemcunq; uerſum in Pſalmis nominando inchoares, illa memoriter recenſere integrum poſſet, ſignificato & numero & loco.

Inſtituerat domeſticam Eccleſiam, quam diſciplina ita gubernauit, ut ſingulis diebus aut legere aliquid aut canere cum familia ſoleret, quod ad gloriam DEI, & piam inſtitutionem animorum pertineret. Erat re & uerbo pudoris amantiſſima, ut nec petulantiam in moribus ullam, nec ſermones laſciuiores ferre poſſet, quæ duo utinam in multis aulis, hoc ſeculo minus pro delicijs haberentur. Qua tolerantia & caſtitate uicerit deſiderium abſentis in captiuitate coniugis, admiratione rari exempli non tantum his uicinis regionibus, Sed etiam exteris nationibus innotuit, à quibus laus eius illuſtri fama celebratur. Meminerunt multi, eam ſanctè adfirmare, ſi daretur ſaltem facultas uidendi maritum liberatum & in patriam reuerſum, ſe, ita DEO uolente, æquiſſimo animo è uita emigraturam eſſe. Superbiam odio proſequebatur, adeo, ut cum honoris cauſa ſplendidiore ueſtitu utendum eſſet, propemodum indignabunda ſtudium ancillarum & exquiſitiorem ornatum admitteret. Erogabat in pauperes quotannis maximam partem cenſus ſui, ſuaq; autoritate & interceſſione efficiebat, ut in omnibus ciuitatibus, egeni ſubleuationem conſequerentur. Ad DEVM orabat ardentiſſimè pro auertendis à patria ærumnis & calamitatibus, nec dubium pijs eſſe debet, multa atrocia pericula, toti ciuitati huius prouinciæ impendentia, diuinitus translata atq; amota eſſe, eius precibus intercedenterceden-